

AULUS GELLIUS, *NOCTES ATTICAE*

## LIBER VICESIMUS

## I

Disceptatio Sex. Caecilii iureconsulti et Fauorini philosophi de legibus *duodecim tabularum*.

1. S E X T U S Caecilius in disciplina iuris atque in legibus populi Romani noscendis interpretandisque scientia, usu auctoritateque inlustri fuit.

2. Ad eum forte in area Palatina, cum salutationem Caesaris operiremur, philosophus Fauorinus accessit conlocutusque est nobis multisque aliis praesentibus.

3. In illis tunc eorum sermonibus orta mentio est legum decemurialium, quas decemuri eius rei gratia a populo creati composuerunt, in duodecim tabulas conscripserunt.

4. Eas leges cum Sex. Caecilius inquisitis exploratisque multarum urbium legibus eleganti atque absoluta breuitate verborum scriptas diceret, 'sit' inquit 'hoc' Fauorinus 'in pleraque earum legum parte ita, uti dicis; non enim minus; cupide *tabulas* istas *duodecim* legi quam illos duodecim libros Platonis *de legibus*. Sed quaedam istic esse animadvertuntur aut obscurissima «aut durissima» aut lenia contra nimis et remissa aut nequaquam ita, ut scriptum est, consistentia.'

5. 'Obscuritates' inquit Sex. Caecilius 'non adsignemus culpae scribentium, sed inscitiae non adsequentium; quamquam hi quoque ipsi, qui, quae scripta sunt, minus percipiunt, culpa vacant.

6. Nam longa aetas verba atque mores veteres obliteravit, quibus verbis moribusque sententia legum comprehensa est. Trecentesimo quippe anno post Romam conditam tabulae compositae scriptaeque sunt, a quo tempore ad hunc diem anni esse non longe minus sescenti videntur.

AULUS GELLIUS, *NOCE ATTYCKIE*

## Księga XX, Rozdział I

Rozmowa prawnika Sextusa Caeciliusa i filozofa Favorinusa  
o *Ustawie XII Tablic*

1. Sextus Caecilius był sławny ze swojej wiedzy, praktyki i powagi co do znajomości prawa oraz poznawania i interpretacji ustaw ludu rzymskiego.

2. Do niego to przypadkiem podszedł i rozmawiał na Palatynie filozof Favorinus w obecności naszej i wielu innych osób, kiedy właśnie czekaliśmy na pozdrowienie Cezara<sup>1</sup>.

3. W ich rozmowie znalazła się wzmianka o ustawach decemwiorów, którzy – w tym właśnie celu przez lud obrani – spisali je na dwunastu tablicach.

4. Kiedy Sextus Caecilius, prześledziwszy i zbadawszy prawa wielu miast powiedział, że ustawa XII tablic została napisana niezwykle zwięźle, Favorinus odrzekł: „Oby to, co mówisz dotyczyło większej części tych praw; ja bowiem z nie mniejszą ochotą przeczytałem te dwanaście tablic niż owe dziesięć ksiąg Platona o prawach. Ale niektóre z nich wydają się albo zbyt zawiłe, albo za bardzo surowe, albo przeciwnie – zbyt łagodne i pobłażliwe, albo żadną miarą nie tak, jak zostało napisane, stosowane.”

5. „Zawiłości – powiedział Sextus Caecilius – nie należy przypisywać zaniedbania autorów lecz niewiedzy adresatów norm, chociaż także ci, którzy to, co zostało spisane mniej rozumieją, nie ponoszą winy.

6. Albowiem długi czas wymazał z pamięci dawne słowa i obyczaje, dzięki którym rozumiano znaczenie ustawy. Tablice zostały ułożone i spisane w roku 300 od założenia Rzymu, od których to czasów minęło do dziś – jak się zdaje – prawie sześćset lat.

---

<sup>1</sup> Chodzi o Antoninusa Piusa, cesarza w latach 138-161 n.e.

7. Dure autem scriptum esse in istis legibus quid existimari potest? nisi duram esse legem putas, quae iudicem arbitrumue iure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est, capite poenitur aut quae furem manifestum ei, cui furtum factum est, in seruitutem tradit, nocturnum autem furem ius occidendi tribuit.

8. Dic enim, quaeso, dic. uir sapientiae studiosissime, an aut iudicis illius perfidiam contra omnia iura diuina atque humana iusiurandum suum pecunia uendentis aut furis manifesti intolerandam audaciam aut nocturni grassatoris insidiosam uiolentiam non dignam esse capitis poena existumes?

9. 'Noli' inquit Fauorinus 'ex me quaerere, quid ego existumem. Scis enim solitum esse me pro disciplina sectae, quam colo, inquirere potius quam decernere.

10. Sed non leuis existimator neque aspernabilis est populus Romanus, cui delicta quidem istaec uindicanda, poenae tamen huiuscemodi nimis durae esse visae sunt; passus enim est leges istas de tam inmodico supplicio situ atque senio emori.

11. Sicut illud quoque non humaniter scriptum improbavit, quod, si homo in ius uocatus morbo aut aetate aeger ad ingrediendum inualidus est, arcera non sternitur, sed ipse aufertur et iumento imponitur atque ex domo sua ad praetorem in comitium noua funeris facie effertur. Quam enim ob causam morbo adfectus et ad respondendum pro sese non idoneus iumento adhaerens in ius aduersario deportatur?

12. Quod uero dixi uideri quaedam esse inpendio molliora, nonne tibi quoque uidetur nimis esse dilutum, quod ita de iniuria ponenda scriptum est: „Si iniuriam alteri faxsit, uiginti quinque aeris poenae sunt.” Quis enim erit tam inops, quem ab iniuriae faciendae libidine uiginti quinque asses deterreant?

7. Co zatem może się w tych ustawach wydawać surowe, jeśli za surowe nie uznasz prawa, które sędziego czy arbitra ustanowionego zgodnie z prawem, który by w związku z prowadzoną przez siebie sprawą przyjął pieniądze, karze śmiercią albo sprawcę jawnej kradzieży oddaje w niewolę temu, kto stał się ofiarą kradzieży, a nocnego złodzieja zgodnie z prawem pozwala zabić.

8. Powiedz więc, proszę, powiedz, mężu wielkiej mądrości, czy sądzisz, że albo wiarołomstwo tego sędziego, który na przekór temu, co boskie i ludzkie sprzedaje swoją przysięgę, albo zuchwałość jawnego złodzieja, albo podstępna brutalność nocnego intruza nie zasługują na śmierć?”

9. „Nie pytaj mnie – powiedział Favorinus – co sądzę. Wiesz bowiem, że jestem przyzwyczajony raczej dociekać niż decydować o zasadach nauki, którą uprawiam.

10. Ale nie jest krytykiem ani lekkomyślnym, ani godnym wzgardy lud rzymski, któremu taka zemsta za przestępstwa i kary tego rodzaju wydały się zbyt surowe: istnieje bowiem ślad, że ustawy mówiące o tak nieumiarkowanym wymiarze kary śmierci zginęły jako zapomniane i przestarzałe.

11. Tak samo jako nieludzkie potępia się prawo, które mówi, że jeżeli człowiek wezwany na sąd nie jest w stanie przyjść ze względu na chorobę, nie ścieli mu się wozu, ale on sam jest wynoszony, kładziony na zaprzęgu i ze swojego domu zawożony przed pretora na rynek w nowym jakby rodzaju pogrzebu. Dlaczegoż to złożony chorobą i niezdolny do świadczenia za sobą ma być przez przeciwnika dostarczony przed sąd zwisając z zaprzęgu?

12. A przecież mówiłem, że niektóre prawa wydają mi się o wiele zbyt łagodne. Czy i ty nie sądzisz, że za bardzo pobłażliwym jest, iż tak napisano o karaniu obrazy: «Jeśli zniewagę wyrządził drugiemu, niech dwadzieścia pięć asów będzie karą»<sup>2</sup>? Któż bowiem byłby tak ubogi, kogo by od wyrządzenia krzywdy dla kaprysu odstraszyło dwadzieścia pięć asów?

---

<sup>2</sup> Tab. 8,4. Przekłady wszystkich przepisów Ustawy XII Tablic pochodzą z M. i J. ZABŁOCCY, *Ustawa XII tablic. Tekst, tłumaczenie, objaśnienia*, Warszawa 2000.

13. Itaque cum eam legem Labeo quoque uester in libris quos *ad duodecim tabulas* conscripsit, non probaret: „...” inquit „L. Veratius fuit egregie homo improbus atque inmani uecordia. Is pro delectamento habebat os hominis liberi manus suae palma uerberare. Eum seruus sequebatur ferens crumenam plenam assium; ut quemque depalmauerat, numerari statim secundum *duodecim tabulas* quinque et uiginti asses iubebat.” Propterea’ inquit ‘praetores postea hanc abolescere et relinqui censuerunt iniuriisque aestumandis recuperatores se daturos edixerunt’.

14. Nonnulla autem in istis legibus ne consistere quidem, sicuti dixi, uisa sunt, uelut illa lex talionis, cuius uerba, nisi memoria me fallit, haec sunt: „si membrum rupit, ni cum e pacto, talio esto”.

15. Praeter enim ulciscendi acerbitatem ne procedere quoque exsecutio iustae talionis potest. Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem uelit, quaero, an efficere possit rumpendi pariter membri aequilibrium? In qua re primum ea difficultas est inexplicabilis.

16. Quid si membrum’ inquit ‘alteri imprudens ruperit? quod enim imprudentiam factum est, retaliari per imprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus et consultus non cadunt sub eiusdem talionis similitudinem. Quonam igitur modo imprudentem poterit imitari, qui in exsequenda talione non licentiae ius habet, sed imprudentiae?

17. Sed et si prudens ruperit, nequaquam patietur aut altius se laedi aut latius. Quod cuiusmodi libra atque mensura caueri possit, non reperio.

18. Quin etiam, si quid plus erit aliterue commissum, res fiet ridiculae atrocitatis, ut contraria actio mutuae talionis oriatur et adolescat infinita quaedam reciprocatio talionum.

13. A nawet i wasz Labeo nie pochwałał tego prawa w księgach, które napisał o ustawie XII tablic. [\*\*\*]. Mówi tam: «Lucius Veratius był wyjątkowo nieuczciwym człowiekiem odznaczającym się straszliwą bezmyślnością. On to za uciechę poczytywał sobie policzkowanie dłonią wolnego człowieka. Za nim podążał niewolnik niosący sakiewkę pełną asów. Kiedy tylko kogoś spoliczkował, zaraz nakazywał wypłacić mu dwadzieścia pięć asów zgodnie z ustawą XII tablic». Dlatego właśnie – powiedział – pretorzy postanowili to prawo zostawić i odrzucić, a żeby wyceniać krzywdy uchwalili powoływanie sędziów rozjemczych.

14. Wydawało się również, że niektóre sprawy w tych ustawach jakoś się nie zgadzały, jak owo prawo talionu, którego tekst – o ile mnie pamięć nie myli – brzmi: «Jeśli uszkodził [komuś] część ciała i nie zawrze z nim ugody, niech będzie odwet»<sup>3</sup>.

15. Poza bowiem srogością zemsty, nie może się udać przeprowadzenie sprawiedliwej odpłaty za czyn. Albowiem komu część ciała została przez kogoś uszkodzona – gdyby chciał w ramach talionu uszkodzić mu to samo – pytam: czy mógłby uszkodzić dokładnie równoważną część ciała? W tej sprawie jest to pierwsza nierozwiązywalna trudność.

16. Jeżeli zaś ktoś – rzekł – uszkodziłby drugiemu część ciała nieumyślnie? Co bowiem zostało uczynione nieumyślnie, za to i odpłacić trzeba nieumyślnie. Jasne, że cios przypadkowy i przemyślany nie podlegają takiej samej odpłacie. Jak zatem może naśladować sprawcę nieumyślnego, kto w ramach talionu nie ma prawa swobody lecz nieumyślności?

17. A nawet jeśli uszkodził umyślnie, żadną miarą nie może znieść bycia zranionym wyżej lub szerzej. A jaką to wagą czy miarą można sprawdzić, nie mam pojęcia.

18. I owszem, jeżeli dokona się czegoś więcej lub inaczej, to aż śmiesznym okrucieństwem stałoby się wykonanie wzajemnej odpłaty i powstanie nieskończonej wymiany talionów.

---

<sup>3</sup> Tab. 8,2.

19. Nam de inmanitate illa secandi partiendique humani corporis, si unus ob pecuniam debitam iudicatus addictusque sit pluribus, non libet meminisse et piget dicere. Quid enim uideri potest efferatius, quid ab hominis ingenio diuersius, quam quod membra et artus inopis debitoris saeuissimo laniatu distrahebantur, sicuti nunc bona uenum distrahuntur?’

20. Tum Sex. Caecilius amplexus utraque manu Fauorinum ‘tu es’ inquit ‘unus profecto in nostra memoria non Graiae modo, sed Romanae quoque rei peritissimus. Quis enim philosophorum disciplinae suae leges tam scite atque docte callet, quam leges tu nostras decemuirales percalluisti?’

21. sed quaeso tecum tamen, degrediare paulisper e curriculis istis disputationum uestrarum academicis omissoque studio, quicquid lubitum est, arguendi tuendique, consideres grauius, cuimodi sint ea, quae reprehendisti,

22. nec ideo contemnas legum istarum antiquitates, quod plerisque ipse iam populus Romanus uti desiuerit. Non enim profecto ignoras legum oportunitates et medelas pro temporum moribus et pro rerum publicarum generibus ac pro utilitatum praesentium rationibus proque uitiorum, quibus medendum est, feruoribus mutari atque flecti neque uno statu consistere, quin, ut facies caeli et maris, ita rerum atque fortunae tempestatibus uarièntur.

23. Quid salubrius uisum est rogatione illa Stolonis iugerum de numero praefinito? quid utilius plebiscito Voconio de coerendis mulierum hereditatibus? quid tam necessarium existimatum est propulsandae ciuium luxuriae quam lex Licinia et Fannia aliaeque item leges sumptuariae? Omnia tamen haec obliterata et operta sunt ciuitatis opulentia quasi quibusdam fluctibus exaestuantis.

19. A o nieludzkości owego cięcia i dzielenia ludzkiego ciała, jeżeli ktoś zostałby skazany i przysądzony wielu za długi nie godzi się nawet wspominać i wstyd o tym mówić. Cóż bowiem może się wydać dziwnym, coś bardziej różnym od wrodzonych skłonności człowieka niż to, że członki biednego dłużnika są rozrywane przez najdroższe rozszarpanie tak, jak teraz rozrywane są dobra na sprzedaż”.

20. Wtedy Sextus Caecilius objąwszy Favorinusa obiema rękami powiedział: „Jesteś z pewnością jedynym w naszej pamięci, który świetnie zna sprawy nie tylko greckie ale i rzymskie. Który bowiem z filozofów tak roztropnie i uczenie zna się na prawach, tak jak ty poznałeś ustawy decemwirów?

21. Lecz chciałbym jednak razem z tobą odejść na chwilę od akademickiego pędu tych waszych dyskusji, porzucając stronniczość. Rozważ lepiej, jakie są te rzeczy, które zgańnię i nie lekceważ starożytności tych ustaw, ponieważ większość z nich sam lud rzymski już odrzucił.

22. Z pewnością wiesz bowiem dobrze, że wynikające z praw korzyści i ich lecznicze właściwości dla obyczajów epoki, ustrojów państw i dla celów teraźniejszych pożytków oraz błędów, które należy uleczyć zmieniają się w wirze dziejów i przekształcają, a nie pozostają w jednym stanie; i owszem: jak oblicze nieba i morza, tak ulegają zmianom w wyniku burzliwości dziejów i losu.

23. Cóż bardziej pożytecznego można zobaczyć od tego projektu ustawy Stolona mającego na celu wyznaczenie dopuszczalnej liczby mórg<sup>4</sup>? Cóż użyteczniejszego od plebiscytu Voconiusa dotyczącego ograniczenia spadkobrania kobiet<sup>5</sup>? Cóż jest uważane za równie potrzebne dla powstrzymania zbytku wśród obywateli, jak ustawa Liciniusza i Fanniusza oraz inne podobne ustawy przeciwko zbyt-

---

<sup>4</sup> Chodzi tu o pochodzące z roku 367 p.n.e. *leges Liciniae Sextiae*, których projektodawcami byli Caius Licinius Calvus Stolo oraz Lucius Sextius. Jedna z ustaw ograniczała przydział ziemi (*ager publicus*) dla jednej osoby do 500 jugerów.

<sup>5</sup> Mowa tu o wydanej w 169 roku p.n.e. *lex Voconia*, która – między innymi – zabraniała ustanawiać kobiety spadkobiercami obywatelom należącym do pierwszej klasy majątkowej (majątek przekraczający sto tysięcy asów).



24. Sed cur tibi esse uisa est inhumana lex omnium mea quidem sententia humanissima, quae iumentum dari iubet aegro aut seni in ius uocato?

25. Verba sunt haec de lege „si in ius vocat”: „Si morbus acuitas uel uitium escit, qui in ius uocabit, iumentum dato; si nolet, arceram ne sternito”.

26. An tu forte morbum appellari hic putas aegrotationem grauem cum feбри rapida et quercera iumentumque dici pecus aliquod unicum tergo uehens? ac propterea minus fuisse humanum existumas aegrotum domi suae cubantem iumento inpositum in ius rapi?

27. Hoc, mi Fauorine, nequaquam ita est. Nam „morbus” in lege ista non febriculosus neque nimium grauis, sed uitium aliquod inbecillitatis atque inualentiae demonstratur, non periculum uitae ostenditur. Ceteroqui morbum uehementiorem uim grauius nocendi habentem legum istarum scriptores alio in loco non per se „morbum”, sed „morbum sonticum” appellant.

28. „Iumentum” quoque non id solum significat, quod nunc dicitur; sed uectaculum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur, ueteres nostri „iumentum” a „iungendo” dixerunt.

29. „Arcera” autem uocabatur plaustrum tectum undique et munitum quasi arca quaedam magna uestimentis instrata; qua nimis aegri aut senes portari cubantes solebant.

30. Quenam tibi igitur acerbitas esse uisa est, quod in ius uocato paupertino homini uel inopi, qui aut pedibus forte aegris esset aut quo alio casu ingredi non quiret, plaustrum esse dandum censuerunt? neque insterni tamen delicate arceram iusserunt, quoniam satis esset inualido cuiusmodi uectaculum. Atque id fecerunt, ne causatio ista aegri corporis perpetuam uacationem daret fidem detractantibus iurisque actiones declinantibus.

kowi?<sup>6</sup>. A jednak wszystkie one zostały pущzone w niepamięć i ukryte dzięki wpływowi społeczeństwa jakby jakimis̄ wzburzonymi falami.

24. Dlaczego jednak tobie nieludzka wydaje się ustawa, moim zdaniem najbardziej ludzka, która nakazuje dać zaprzęg choremu lub starcowi wezwanemu na sąd. Takie są słowa ustawy:

25. «Jeśli [powód] wzywa na sąd...»<sup>7</sup>: «Jeśli choroba czy wiek [pозwanego] będą przeszkodą, niech powód da zaprzęg. Jeśli [pozwany] nie chce [zaprzęgu], niech [powód] nie wyścieła wygodnego wozu»<sup>8</sup>.

26. Czy ty przypadkiem sądzisz, że choroba oznacza tu ciężką niemoc z gwałtowną i wywołującą dreszcze gorączką, a zaprzęg oznacza jakieś zwierzę juczne wiozące na grzbiecie jedną osobę? I dlatego uważasz, że nieludzkie było wywozić z domu leżącego tam chorego?

27. To, mój Favorinusię, w żadnym wypadku tak nie jest. «Choroba» wymieniona w tej ustawie nie charakteryzuje się gorączką i nie jest bardzo ciężka – chodzi raczej o pewną słabość, a nie zagrożenie życia. Autorzy tej ustawy mając na myśli ciężką chorobę używają zwrotu «choroba śmiertelna»<sup>9</sup>, a nie «choroba».

28. Także słowo «zaprzęg» nie ma tam takiego znaczenia jak współcześnie; również o pojeździe ciągniętym przez zaprzęg bydlę nasi przodkowie mówili «zaprzęg» od «zaprzęgania».

29. «Wygodnym wozem» nazywano natomiast pojazd zakryty ze wszystkich stron i zabezpieczony, jakby jakaś wielka skrzynia wyściełana tkaninami, którym zwykło się przewozić na leżąco zbyt chorych i starców.

30. Jaką to surowość widziałeś w tym, że pozwanemu przed sąd biednemu lub ubogiemu człowiekowi, który miał przypadkiem chore nogi albo z jakiegoś innego powodu nie może się stawić, uznano za słuszne dać wóz. Nie nakazywano jednak subtelnie ściętać powozu,

---

<sup>6</sup> Są to tzw. *leges sumptuariae*.

<sup>7</sup> Tab. 1,1.

<sup>8</sup> Tab. 1,3.

<sup>9</sup> Por. tab. 2,2.

31. Sed enim ꝑ ipsum uide. Iniurias factas quinque et uiginti assibus sanxerunt. Non omnino omnes, mi Fauorine, iniurias aere isto pauco diluerunt, tametsi haec ipsa paucitas assium graue pondus aeris fuit; nam librariis assibus in ea tempestate populus usus est.

32. Sed iniurias atrociores, ut de osse fracto, non liberis modo, uerum etiam seruis factas inpensiore damno uindicauerunt, quibusdam autem iniuriis talionem quoque adposuerunt.

33. Quam quidem tu talionem, uir optime, iniquius paulo insecutus es ac ne consistere quidem dixisti lepida quadam sollertia uerborum, quoniam talioni par non sit talio neque rumpi membrum facile possit ad alterius rupturae, ut ais tu, „aequilibrium”.

34. Verum est, mi Fauorine, talionem parissimam fieri difficillime. Sed decemuiri minuere atque extinguere uolentes huiuscemodi uiolentiam pulsandi atque laedendi talione, eo quoque metu coercendos esse homines putauerunt neque eius, qui membrum alteri rupisset et pacisci tamen de talione redimenda nollet, tantam esse habendam rationem arbitrati sunt, ut, an prudens imprudensne rupisset, spectandum putarent aut talionem in eo uel ad amussim aequirerarent uel in librili perpenderent; sed potius eundem animum eundemque impetum in eadem parte corporis rumpenda, non eundem quoque casum exigere uoluerunt, quoniam modus uoluntatis praestari posset, casus ictus non posset.

35. Quod si ita est, ut dico et ut ipse aequitatis habitus demonstrat, taliones illae tuae reciprocae argutiores profecto quam ueriores fuerunt.

36. Sed quoniam acerbum quoque esse hoc genus poenae putas, quae, obsecro te, ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris? praesertim cum habeas facultatem paciscendi et non necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris.

ponieważ dla osłabionego wystarczy jakikolwiek pojazd. A czynili to, aby ta przyczyna choroby nie dawała wiecznego odroczenia osobom nadużywającym zaufania i uchylającym się od skarg sądowych.

31. Zastanów się. Ustanowiono karę dwudziestu pięciu asów za wyrządzenie zniewagi. Wcale nie wszyscy zmywali zniewagę tą niewielką sumą, jako że ta znikoma liczba asów równała się pokaźnemu ciężarowi spizu; lud używał bowiem w tamtych czasach asów o wadze funta.

32. A cięższe zniewagi, jak złamanie kości, uczynione nie tylko ludziom wolnym, ale i niewolnikom, karano surowiej.

33. Za niektóre zniewagi nałożono nawet karę talionu. Tenże talion ty, najlepszy mężu, niesłusznie wyszydziłeś i powiedziałeś, że nie ocali go dowcipna zręczność słów, ponieważ talion nie jest równy talionowi i nie uda się łatwo uszkodzić część ciała równoważnie do uszkodzonej części ciała drugiej osoby.

34. Prawdą jest, mój Faworinusie, że trudno osiągnąć równoważność talionu. Ale decemwirowie – chcąc zmniejszyć i zlikwidować taką gwałtowność bicia i kaleczenia – doszli do wniosku, że talionem i strachem przed nim ludzie zostaną powstrzymani. Ustalono, że temu, kto uszkodził część ciała drugiej osoby, i jednak nie chce zawrzeć ugody, aby uniknąć talionu, tak trzeba ustalać wysokość odpłaty, aby zwrócić uwagę na to, czy uszkodził umyślnie czy nieumyślnie, i aby dokładnie porównywać lub zważyć w funtach. Wymagali jednak raczej tego samego zamiaru, tego samego zamachu, żeby uszkodzić równoważną część ciała, a nie takiego samego uderzenia, ponieważ można wykazać się taką samą wolą, ale nie ciosem czy uderzeniem.

35. Jeżeli jest tak, jak mówię i jak pokazuje sam stan równowagi, te twoje wzajemne taliony były na pewno bardziej wymyślne niż prawdziwe.

36. Ale ponieważ uważasz również ten rodzaj kary za surowy, pytam cię, jakaż to surowość, skoro to samo stanie się tobie, co ty uczyniłeś drugiemu? Zwłaszcza, jeśli miałbyś możliwość zawarcia ugody i nie byłoby konieczne znosić talion, chyba że sam byś go wybrał.

37. Quod edictum autem praetorum de aestimandis iniuriis probabilius esse existimas, nolo hoc ignores hanc quoque ipsam talionem ad aestimationem iudicis redigi necessario solitam.

38. Nam si reus, qui depecisci noluerat, iudici talionem imperanti non parebat, aestimata lite iudex hominem pecuniae damnabat, atque ita, si reo et pactio grauis et acerba talio uisa fuerat, seueritas legis ad pecuniae multam redibat.

39. Restat, ut ei, quod de sectione partitioneque corporis inmanissimum esse tibi uisum est, respondeam. Omnibus quidem uirtutum generibus exercendis colendisque populus Romanus e parua origine ad tantae amplitudinis instar emicuit, sed omnium maxime atque praecipue fidem coluit sanctamque habuit tam priuatim quam publice.

40 Sic consules, clarissimos viros, hostibus confirmandae fidei publicae causa dedit, sic clientem in fidem acceptum cariorem haberi quam propinquos tuendumque esse contra cognatos censuit, neque peius ullum facinus existimatum est, quam si cui probaretur clientem diuisui habuisse.

41. Hanc autem fidem maiores nostri non modo in officiorum uicibus, sed in negotiorum quoque contractibus sanxerunt maximeque in pecuniae mutuaticae usu atque commercio: adimi enim putauerunt subsidium hoc inopiae temporariae, quo communis omnium uita indiget, si perfidia debitorum sine gravi poena eluderet.

42. Confessi igitur aeris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendae pecuniae causa, quam dissoluerent,

43. eosque dies decemviri „iustos” appellauerunt, uelut quoddam iustitium, id est iuris inter eos quasi interstitutionem quandam et cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset.

44. Post deinde, nisi dissoluerant, ad praetorem uocabantur et ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur, neruo quoque aut compedibus uinciebantur.

37. Skoro zaś w kwestii szacowania zniewagi za bardziej godny pochwały uznajesz edykt pretora, nie chcę, abyś nie był świadom tego, że do tego samego talionu zwykło się odwoływać w razie potrzeby przy wyznaczaniu kary przez sędziego.

38. Jeśli bowiem oskarżony, który nie chciał zawrzeć ugody, nie był posłuszny sędziemu, kiedy ten zasądził talion, po oszacowaniu przedmiotu sporu sędzia zasądzał oskarżonego na karę pieniężną i w ten sposób, jeśli oskarżonemu i ugoda wydawała się ciężka, i talion okrutny, surowość ustawy wracała do grzywny pieniężnej.

39. Pozostaje, abym odpowiedział na to, co wydawało ci się nie-ludzkie w pocięciu i podzieleniu ciała. Ćwicząc i pielęgnując wszystkie rodzaje cnoty lud rzymski po skromnych początkach za-błysnął wielką godnością, a ze wszystkich [cnót] najwięcej i przede wszystkim pielęgnował i uważał za świętą wierność, tak w sprawach prywatnych, jak i publicznych.

40. I tak oddał wrogom konsulów, najznakomitszych mężów, aby potwierdzić wiarygodność państwa, tak uznał, że bardziej należy cenić klienta przyjętego pod opiekę niż bliskich i strzec go przed krewnymi. A żadnego przestępstwa nie uważano za gorsze od tego, gdy komuś udowodniono, że chciał wykorzystać klienta.

41. Tę zatem wierność nasi przodkowie ustanowili nie tylko w sprawach państwowych, ale i w umowach handlowych, a przede wszystkim przy używaniu i udzielaniu pożyczek: sądzili bowiem, że jeśli nierzetelność dłużników uchodzi bez ciężkiej kary, uniemożliwia się pomoc w razie chwilowego ubóstwa, której brakuje we wspólnym życiu.

42. Uznającym roszczenie powoda i zasądzonym za długi dano trzydzieści dni na zdobycie pieniędzy, które mieli zwrócić.

43. Te dni decemwirowie nazwali «odpowiednimi» jako pewnego rodzaju zawieszenie postępowania, czyli jakąś przerwę i ustanie działania prawa między stronami, w czasie których to dni nie można było przeciw dłużnikowi prowadzić żadnego postępowania.

44. Potem, jeżeli nie spłacili długu, byli wzywani przed pretora i temu, na rzecz którego istniało zasądzenie, byli przysądzani oraz krępowani sznurem lub kajdanami.

45. Sic enim sunt, opinor, uerba legis: „Aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunt. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito. Ni iudicatum facit aut quis endo eo in iure uindicit, secum ducito, uincito aut neruo aut compedibus. Quindecim pondo ne minore aut si uolet maiore uincito. Si uolet, suo uiuito. Ni suo uiuit, qui eum uinctum habebit, libras farris endo dies dato. Si uolet, plus dato”.

46. Erat autem ius interea paciscendi ac, nisi pacti forent, habebantur in uinculis dies sexaginta.

47. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad praetorem in comitium producebantur, quantaecque pecuniae iudicati essent, praedicabatur. Tertiis autem nundinis capite poenas dabant aut trans Tiberim peregre uenum ibant.

48. Sed eam capitis poenam sancienda, sicuti dixi, fidei gratia horrificam atrocitatis ostentu nouisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare, si uellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt.

49. Et quidem uerba ipsa legis dicam, ne existimes inuidiam me istam forte formidare: „Tertiis” inquit „nundinis partis secanto. Si plus minusue secuerunt, se fraude esto.”

50. Nihil profecto inimitius, nihil inmanius, nisi, ut re ipsa apparet, eo consilio tanta inmanitas poenae denuntiatast, ne ad eam umquam perueniretur.

51. Addici namque nunc et uinciri multos uidemus, quia uinculorum poenam deterrimi homines contemnunt,

52. dissectum esse antiquitus neminem equidem neque legi neque audiui, quoniam saeuitia ista poenae contemni non quitast.

45. Takie są, jak mniemam, słowa ustawy: «Dla uznających roszczenie powoda i dla zasądzonych trzydzieści dni niech będzie odpowiednich. Następnie niech ma miejsce płózenie ręki [przez powoda na pozwanym]. Niech [pozwany] będzie prowadzony na sąd. Jeśli [zasądzony] nie wykona wyroku, albo jeśli ktoś na sądzie nie oswobodzi go, niech [go powód] weźmie ze sobą, niech [go] skrępuje sznurem albo kajdanami ważącymi nie mniej niż 15 funtów, albo, jeśli chce, niech skrępuje cięższymi»<sup>10</sup>.

46. Istniało zatem prawo zawarcia w międzyczasie ugody, a jeśli do niej nie doszło, byli trzymeni w więzach przez sześćdziesiąt dni.

47. W czasie tych dni przez trzy kolejne dni targowe byli wyprawdani przed pretora na zgromadzeniu ludowym i ogłaszano, na jaką kwotę zostali zasądzeni. Po trzecim dniu targowym ponosili zaś karę śmierci lub sprzedawano ich obcym za Tybr.

48. Sprawiono jednak również, jak powiedziałem, że kara śmierci – w celu uświęcenia wiarygodności – była straszliwa w swej srogości i należało się jej bać z powodu niesłychanej przeraźliwości. Jeśli bowiem wielu było tych, którym przysądzono pozwanego, wolno im było – jeśli chcieli – pociąć i podzielić na części ciało dłużnika.

49. I przytoczę same słowa ustawy, żebyś przypadkiem nie sądził, że wzdrzgam się przed tą nienawiścią: «Po trzech dniach targowych» – rzekł – «niech [go] potną na części. Jeśli utną mniej czy więcej, niech to nie będzie bezprawie»<sup>11</sup>.

50. Nic nie jest z pewnością bardziej okrutne, nic bardziej przerażające, chyba że – jak się rzeczywiście wydaje – po to zagrożono taką potwornością kary, aby nigdy do niej nie doszło.

51. Wiemy bowiem, że wielu zostało przysądzonych i związanych, ponieważ karę więzów najgorsi ludzie lekceważą.

52. Nigdy jednak nie słyszałem ani nie czytałem o nikim, kto by w dawnych czasach został pocięty na części, ponieważ nie da się zlekceważyć okrucieństwa tej kary.

---

<sup>10</sup> Tab. 1,1-4.

<sup>11</sup> Tab. 3,6.



53. An putas, Fauorine, si non illa etiam ex *duodecim tabulis* de testimoniis falsis poena aboleuisset et si nunc quoque, ut antea, qui falsum testimonium dixisse conuictus esset, e saxo Tarpeio deiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quam uidemus? Acerbitas plerumque ulciscendi maleficii bene atque caute uiuendi disciplinast.

54. Historia de Metto Fufetio Albano nobis quoque non admodum numero istiusmodi libros lectitantibus ignota non est, qui, quoniam pactum atque condictum cum rege populi Romani perfide ruperat, binis quadrigis euinctus in diuersa nitentibus laceratus est. Novum atque asperum supplicium quis negat? sed, quid elegantissimus poeta dicat, uide: at tu dictis, Albane, maneres.’

55. Haec taliaque alia ubi Sextus Caecilius omnibus, qui aderant, ipso quoque Fauorino adprobante atque laudante disseruit, nuntiatum est Caesarem iam salutari, et separati sumus.

53. Czyżbyś sądził, Favorinusie, że jeśli również ta kara z ustawy XII tablic za składanie fałszywych zeznań nie została by zniesiona i jeśli także obecnie, jak niegdyś, skazywałoby się za fałszywe świadectwo i zrzucało ze Skąły Tarpejskiej, tyle osób kłamałoby, składając zeznania, ile widzimy? Surowość zemsty za przestępstwo jest metodą dobrego i przezornego życia.

54. Opowieść o Mettusie Fufetiusie Albanusie jest nam, czytującym wiele tego typu książek, z pewnością znana. Człowiek ten, ponieważ zdradliwie złamał ugodę i umowę z królem ludu rzymskiego, przywiązany do dwóch kwadryg pędzących w przeciwne strony został rozszarpany. Kto zaprzeczy, że był to niesłychany i surowy wymiar kary? Zobacz jednak, co mówi wytworny poeta:

«czemuż, Albańczyku, nie dotrzymałeś przyrzeczeń»<sup>12</sup>.

55. Kiedy takie to sprawy omawiał Sextus Caecilius wśród pochwał wszystkich obecnych i samego Favorinusa, ogłoszono, że wita się już Cezara i zostaliśmy rozdzieleni.

---

<sup>12</sup> Verg. Aen. 8,643.